UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Policratici Contenta

**Johannes <von Salisbury, Bischof>**

**Parrhisius, 1513**

C. xxiii. Co[n]silio bruti vte[n]du[m] e[ss]e aduersus eos q[ui] p[ro] su[m]mo po[n] tificatu no[n] mo[do] certa[n]t: s[ed] scismate dimica[n]t/ & q[uod] tyra[n]mis nihil quietu[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-70332

Visual Library

abhominationis ydolũ fabricaſſet: libros legis dei ꝯbuſſit igni/ & ſcidit eos. Et apud quēcũq; inueniebanť libri teſtamenti dei: & quicũq; obſeruabant legem dei/ ſm edictũ regis antiochi trucidabāt eũ. Vidi tēporibꝰ meis nōnullos ſacerdotali ſe īmiſcentes officio & humeros temerarie ſupponētes: vt archā p̄riperēt ab humeris leuitarum/ loci immemores qui in p̄ntem diē dicitť oze pcuſſio: alios vidi qui legis libros deputāt igni nec ſcindere verentur: ſi in manus eorũ puenirent iura vel canones. Tempore regis ſtephani a regno iuſſe ſunt leges romane quas in britanniam domus venerabilis patris theobaldi britanniarũ p̄matis aſciuerat. Ne quis etiā libros retineret edicto regio ꝓhibitũ eſt: & vicario noſtro indictũ ſilentium: ſed deo faciēte eo magis virtus legis inualuit: quo eam amplius nitebať impietas infirmare. Quis aũt in tot milibus regnare affectātiũ eſſe vult ſimilis gedeoni? Aut quis legem ſibi vult dñari & pplo? Oībus tamē vnũ illud deberet ſufficere: qđ gedeon a ſubditis petit id eſt ſi ſolas ex preda ſibi cōſequať inaures. Si enī que lex loqť indicare curauerit & ei obediēs populꝰ acquieſcat vt nō ſit iniqtas & contradictio ī ciuitate & pplo cui p̄eſt debet ꝑfecto ſufficere p̄ſidēti.

¶ Conſilio bruti vtendũ eſſe aduerſus eos qui ꝓ ſummo pontificatu non modo certant: ſed ſciſmate dimicant. & ꝙ tyrānis nichil quietum. Capitulum. XXIII.

SEd eſto vt his liceat qui carnales ſunt contendere de primatu: viris eccłiaſticis hoc vſq̄quaq; arbitror eſſe illicitũ. Carnaliũ tamē exēplo ſub imagine religiōis obrepit impietas: & iā nō modo cōtendiť ꝓ ſacerdotio: ſed pugnať. Antiqui quondā trahebanť inuiti: & proni ad martyriũ p̄mas cathedras carcere penis & cruce fugiebāt. Contra iam palam loquunť ſacerdotes & ꝓuerbiũ nullũ dicũt. Nolumus inquiunt martyres eſſe: ſed ſediũ noſtrarũ gloriā non damus alteri. Miſera quidē & miſerabilis vox in ore ſacerdotiſ: q xp̄m ſic agnoſcit: vt ſe nolle eũ ſequi palā ꝯfiteať. Dubitari poterit an verꝰ moriať ꝯfeſſor: q p̄ſecutorē ſi opus fuerit nō expectat Ait enī cyprianꝰ ep̄s ſi timet: actũ eſt de eo. Sed liceat timē: nō ſtare in neceſſitate illicitũ eſt fugitiuꝰ inutilis īfamis ē. Eſt tñ in quo videnť ꝯſtātiā martyris imitari: ſi ꝓ cathedra. ſ. fuerit decertādũ. Ferť a quibuſdā/ & verũ eſt ꝙ ſuper romano pōtificatu ab ambitioſis quandoq; immo ſepe litigatũ & nō ſine ſanguīe fraterno ſancta ſanctorũ ingreſſus ſit pontifex. Cōcitata ſunt iterũ bella/ pluſq̄ ciuilia: & ceſarē & pōpeiũ: & qcqđ philippis leucade De cypriano.

mutine in egypto hyſpania ve pſumptū eſt: quicqd impie geſtū pugna ſacerdotalis abſoluit. Nūqd xpiani ſanguis ꝓcurant effuſionem vt eis p̄ ceteris liceat ꝓ grege qđ paſtoris eſt aīas ponere? Nūquid eccliam diruūt: ꝓphanant ſacta: vt ſit qđ edificari & ſanctificari oporteat? Cōcutiūt pplos / regna ſollicitant / ecclіarū diripiūt facultates: forte vt ſibi faciant materiā ꝓmerēdi / vt cōponant oīa / vt paupibus miſerēdi & ꝓuidēdi aliis ꝯcurrētib⁹ neceſſitatem p̄ripiant. Si enī vt plura ſibi impune liceāt: vt ſi pecuniam cōgregent: ſi vt carnē & ſanguinē foueāt: dilatēt: & corrūpant. ſi vt familiā nobilitent: ſi deniq̧ vt gloriā ſuā querāt in clero dominātes nō forma facti gregis ex aīo: licet labiis & ſimulatione officii / paſtorē induant / tyrānis q̄ p̄ncipib⁹ facili⁹ accedūt.

j. Petri. v.

¶ Dicūtq̧ philoſophi & verū arbitror. Nihil in rebus humanis vtilius hoīe: & in ipſis hoībus p̄ncipe eccleſiaſtico vel mundano nemo vtilior. E diuerſo. Nihil hoī pnicioſius hoīe: & in eis tyrānus ſecularis aut eccliaſticus pnicioſior eſt. Sed ꝑfecto in vtroq̧ gn̄e ſecularem eccliaſticus an̄cedit. Sal enim infatuatum ad nichil omnino valet: niſi vt ꝓiciaꝑ foras & conculceꝑ ab hominibus. Porro vſq̧ adeo ſol⁹ ferrū mortēq̧ timere auri neſcit amor: pereunt diſcrimine nullo: amiſſe leges: viliſſima rerū: certamē mouiſtis opes. Ergo diuidaꝑ vnitas: integritas ſcindaꝑ: ſinceritas corrūpatur: maculetur & ſanctitas: mundi nouū iudiciū celebretur / & princeps eius qui in paſſione xp̄i eiect⁹ eſt rediēs ſcandala ſpargat: vt beat⁹ ſit qui nō capiꝑ tēdiculis ei⁹. Tāto ne nouorū ꝓuentu ſcelerū querūt vtrū īperet orbi / vix tāti fuerat ciuilia bella mouere: vt neuterꝑ. Rectiſſimā eminēdi viā docuit chriſtus qui diſcipulos ſuos regibus gētiū noluit ꝯformari: vt dominētur in ſubditis: & qui poteſtatē exercent bn̄fici dicanꝑ. Sed q̄ maior eſt ſponte minoreꝑ: & ſolū pre ceteris vite quiete viribus & contentione remota / ſibi vendicet officiū miniſtrādi. At iſti aliam ꝑtulerunt aſcendētes ex aduerſo fratrū & miniſtrandi humilitate reiecta / appetūt pre regibus gētiū dominari: nec dubiū quin refrigeſcēte imo extincta charitate ſedē ſuā & ipi ponāt ad aquilonē. Siquidē ꝑductos odore pares. Vtinā ſecuti eſſent qui ea viderūt tempora / conſiliū bruti: a quo eū iminēte bello ciuili cathonis auertit auctoritas. Decreuerat enim man⁹ ſuas ab armis continere ciuilibus quibus quanto quiſq̧ libentius & forti⁹ immiſcetur / tāto iniquior & immanior eſt. Ait ergo. Nūc neq̧ pompei bruti / nec ceſaris hoſtem: poſt bellū victoris habes. Si ergo ſapiant / hi pro quorum dominio ſciſmatici litigant eos ſo

Matth. v.

Verſus lucani. lib. ij. ca. ij

Lucani verſus lib. ij. ca. iiij.

los concurrere patiantur/ alterutri metuant opem ferre: incerti
quis victor futurus ſit/ certiq; quanta q̄ grauis ruina victis im=
mineat. Nulla manus belli mutato iudice pura eſt. Nam & vi= Lucani ꝟſus. in primo lib.
ctrix cauſa deo placuit: ſed victa cathoni. Gaudeat plane mun=
dus cum alter ſolus vicerit ſed propenſiori letetur gaudio/ ſi vi=
cerit vterq; vel neuter. Conueniant ergo ſi placet in inſula licao
nia aut aliquo: ſi quis tamen locus bellis ſiue duellis eſt aptior.
Nam antiqui teſte quintiliano bellos dicebāt/ quos duellos mo
do appellamus & ſine vrbis & orbis periculo vincant alteruter
duellorum quem deus ſcilicet approbauerit: aut victorem eſſe
permiſerit. Victus quoq; ſi id victori placeat demergatur in ty=
berim: aut ſi cum eo mitius agendum videtur/ retrudatur in ca
ueam. Cui cum abbas loci clauſtrū immo carcerem aperuerit/
proteſtetur ſe non illud ei qui dānatur preparaſſe: ſed victo. Si= Verſus.
quidē nulla fides vnq̄ miſeros elegit amicos. Qui vero vicerit
id eſt qui violentior fuerit in liparem aliamve inſulam exul p=
petuus deportetur ad marmora deportanda vel ſecanda: aut ad
metalla dānetur. Facinus enim ſciſmatis quos inquinat equat:
niſi quia plerumq; qui fortior īmo ferocior idem & iniquior eſt.
¶ Quid perniciosius aut odibilius bello ciuili? Nihil plane pre
ter rabiem ſciſmaticorum: aut hereticam peſtem: quorum vtrū
pernicioſius ſit/ non facile dixerim: ſi tamē in his numerus eſt:
vt alterum recte ſegregetur ab altero. Ceſſabunt plane bella ci=
uilia: ſi preſumptioni deſit temeritatis adiutor. Nec eſt qui con
ciues poſſit vrgere ad furorem: niſi eos aliquatenus ip̄a delectet
inſania. Vtiq; neceſſitas cōfurendi aut nulla om̄ino: aut vt mul
tum ymaginaria eſt. Hec quoq; permultis maximis periculis
patet: quorum nemo ſatis declinat euentum: niſi precaueat fa=
cultatem. Innuit hoc poeta grauiſſimus: aut ſi iuxta quītilianū
rectius dicere malueris oratorem: nō repugno dum conſtet pre
cauenda eſſe etiam que poſſunt euenire pericula: & vniuerſita=
tem ab vnoquolibet cogi non poſſe: vt ſceleri obſequatur inuita
Ait enim hic q̄uis nullo maculatus ſanguine miles. Que potu
it feciſſe timet/ quid pectora pulſas. Quid veſane genus? quid Lucani ꝟſus.
fletus fundis inanes/ nec te ſponte tua ſceleri parere fateris/ vſq;
adeo ne times quem tu facis eſſe timendum: Claſſida det bello:
diros tu neglige cantus. Signa ferat ceſſa iamiam ciuilis eri=
nis Concidet: & ceſar generum priuatus amabit. Sic ſic ſi ec=
cleſia dei erigatur in ſpiritus libertatem: ſi miniſterium ſcele=
ris ſubire detrectet/ aut omnino ſciſmata ſopientur/ aut manē=

te vnitatis compage: ſoli inter ſe ſciſmatici dimicabunt. Inte-
rim contineat eccleſia manus ſuas: quoniam gladius petri q ſã-
guinem carnali ſitiebat affectu: mandato domini ad preſens te
gitur in vagina: & diſcipuli eradicare zizania ꝓperantes/p̄cipiū
tur meſſores angelos expectare. Oret vnitatis integritas vt in
ſe colligat diſſidentes lapis inciſus/in quo fundatur eccleſia: quē
ſciſmatici reprobant: qui fecit vtraꝗ vnū & veſtem ſuam in ſor
tem infideliū integrā cedere maluit q̄ ſecari. Oret inquā ne defi
ciat fides: & expetens in cribro ſathanas nō diſp̄dat: cōculcet &
triticum: oret pacem: querat pacem: & pſequatur etiam fugien
Matth. xxvj. tem. Meminerit eius qui cum producere poſſet pluſq̄ legiones
angelorum duodecim: exaltatꝰ in cruce oīa acquiſiuit. Ipā enim
exinanitio adeo meruit exaltari/vt ad glīam eius flectat omē
genu. Sciſmaticos nocentes accipiunt/ſed conſentientes iuſtos
Ibidem. nocentes faciunt bella ſacerdotalia. Quieſcant ergo ſtātes a lō-
ge cum petro vt videant finem. Recolant illud ethnicum. Si ce
licolis furor arma dediſſet/ aut ſi terrigene temptarent aſtra gy
gantes. Non tamen auderet pietas humana: vel armis: vel vo-
tis prodeſſe ioui. Hoc quidem videtur eſſe ſeruandum in his vbi
quis iuſtius induit arma ſcire nephas. Nā ſi hereticus ſciſmati-
cus ve/catholicum impugnet aſſiſtere veritati piū eſt: & roma
no pontifici deuotiſſime famulari. Hoc quidē cū innotuerit. Nā
ſciſmaticus ſe catholicū eſſe ſepe mentitur. Quis enim p̄ſumet
ſummū iudicare pōtificē: cuius cauſa dei ſolius reſeruat exami-
ix. q. iij. alioꝝ. ni? Vtiꝗ quiſꝗ hoc attemptauerit: laborare quidem: ſed profi-
ꝭ. eo. li. ca. xvij cere nequaq̄ poteſt/nec ad vnguem nomen pontificis: arto ha-
Jone. ij. beat hic pontifex: cuiuſcūꝗ canonica preceſſit electio. Ionas vt
naufragiū tolleret naufragiū fecit: maluitꝗ perire ſolus/ q̄ alios
inuoluere ſuis periculis/nec tamen regende nauis curā ſuſcepe-
De ſalmone. rat. Salomon ab eo maternū cōuincit affectū: ꝙ integrū meretri
iij. Reg. iij. cis calūnie filium cedere maluit q̄ partiri. At iſti periclitari ma
lunt eccleſiam & ſcindi: q̄ honorē non vſurpare & innocenti ma
tri eccleſie non inferre calūniam. Hec eſt (inquit) mater eiꝰ/qm̄
ex dilectione/refugit ſectionem. Econtra hic priuignus eſt qui
ferro rimatur viſcera matris. Quot & q̄tos tumultus & ſtrages
dedit illa colliſio quando filius petri leonis aduerſus innocentiū
bone memorie quintum predeceſſorem domini adriani/cuiꝰ vi
tam & felicitatem in ſe in euū ꝓtēdat dominus: conatus eſt ab
aquilone aſcendere. Nonne & ſtellarum partem ſecū traxit rui
na eius? Quis neſcit egidiū tuſculanū? Quis petrum piſanum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cui nullus aut vix ſimilis alter erat in curia? Quis recenſeat epi
ſcopos: qui in tota fere italia corruerūt? Profecto dū ruine illius
extabit etate noſtra memoria/incredibile eſt quēq̄ adeo miſere
ambitioſum eſſe: vt eccleſiā ſcindere nō formidet. Neminē ita
cupidū eſſe credo: qui non malit ſe deleri: q̄ vt ꝓ eo tanta fiat tur
batio. Si delictis noſtris exigentib⁹ carnificiū iſtorū quiſq̄ aſcen
derit ſedē petri: & ad gubernaculū nauis eius domino indignā-
te acceſſerit/plane nō imerito naufragiū faciet/cū & petr⁹ voca-
tus a domino/ad validiorē territ⁹ auram mergi ceperat/ & na-
uis que dominū habebat vectorē de ſalute deſperet: donec xp̄us — Matth. viij.
dormiens p̄cibus excitetur. Vtiq; qui miſere aſcendit rotat̄ mi
ſerius & miſerrime deiiciet̄: nec letos habent exitus que malo
ſunt inchoata principio. Diſcordia/certiſſimū iniquitatis & de-
fectus indiciū eſt. Siquidem minimas rerū diſcordia turbat: pa-
cem ſumma tenent. Pheton in fabulis dū paternos currus affe- — De phetone.
ctat/incendit orbē: & tandē miſeratione dei & ip̄e ſuccenſ⁹ cor-
ruit preceps/curru diſiecto. Tūc iſſe diē ſine ſole ferūt: & dū fla-
grat eccleſia ſuccēſa ſciſmate/xp̄s videt̄ abeſſe. ycarus quoq; dū — De ycaro.
elat⁹ iuuenili leuitate fert̄ in celū: marinis fluctib⁹ mergit̄. De
iectus enī eſt dū alleuaret̄. Subuectio ſiq̄dē impiorū grauioris
ruine p̄paratio eſt. Quis aūt eo nequior qui miniſteriū pacis ſa
crificandi officium in rixas mittit & carnificiū? Quorſum que
ſo tanta immanitas? Nundquid ad vitam? Sed eorum finis in
teritus. An ad gloriam? Sed gloria eorum in cōfuſione eſt. An
ad voluptatem? Ergo & deus eorum/venter eſt. An vt nobili-
tētur in carne & ſanguine? Sed caro & ſanguis regnum dei non
poſſidebunt. Nam aduerſus carnales nō ego: ſed hec & grauio-
ra his apoſtolica intonat tuba. Quorum (inquit) finis interit⁹/ — j. Corin. xv.
quorum deus venter/& gloria in cōfuſione: quia terrena ſapiūt. — Ad philip. iij.
Si vt ſuam ſuppleant voluntatem aliis dominantes: q̄d tyrāni-
cum eſt eis nihil minus proueniet. Tyranno ſiquidem nihil tu-
tum eſt aut quietum. Interroga damoclem: & ſe hoc a tyranno — De damocle & tyrāno ſicilie.
ſicilie didiciſſe fatebitur/cum ei vndiq; inardētes prunas ruina
immineret ad primū nutū & quaſi texentis licio dependēs gla-
dius inter regales delitias ceruici illius ſimilis feriēti irrueret.
Hoc idem apud claudianum aſtruit theodoſius. Ait enī. Qui — Verſus claudiani contra tyrannos.
terret plus ipſe timet/ſors iſta tyrannis. Cōuenit: inuideant cla
ris: forteſq; trucidēt Muniti gladiis viuāt/ ſeptiq; venenis. An
cipites habeant artes/trepidiq; minentur. Tu ciuem patremq;
geras: tu conſule cunctis. Nec tua te moueant: ſed publica vota

Eſaie.xviij. Erubeſce ſydon ait mare quia iam carnalis loquitur/que vir ſpi
ritualis audire non poteſt. Si enim audirent ſacerdotes vocem
hanc/nequaq̃ per tela per hoſtes currerent:vt primas cathedras
occuparent. Sed licet omnes ſummi pontificatus apicem defe=
rant:quantum ſalua religione licet fugiendum q̃ ſuſcipiendum
arbitror ſapienti. Vt enim ex conſcientia verum loquar illius
laborioſiſſima:& quantum ad ſtatum preſentis ſeculi pertinet:
miſerrima videtur eſſe cõditio. Si enim auaricie ſeruit mors ei
eſt. Sin autem:non effugiet manus & lĩguas romanorum: niſi
enim habeat vnde obſtruat ora eorum/manuſq; cohibeat ad cõ
uitia:ad flagitia & ſacrilegia perferenda:aures:oculos:duret &
Prudentũ iudicia que euertunt. animum. ¶ Tria ſiquidem ſunt que pre ceteris etiam pruden=
tum omne iudicium ſubuertunt/amor munerum/ acceptio per
ſonarum/facilitas credendi. Nam ad iſta moueri & iuſtitiam
diſpenſare nullus hominum poteſt. Ergo & ab his immunẽ ro=
manum neceſſe eſt eſſe põtificem/qui omnium coercere debet
exceſſus. Si odit vitia vel munera: quis beneficia conferat in in
uitum? Quid largiturus eſt/qui nõ accepit? aut quomodo ſi nõ
largitur placabit romanos? Si perſonas eorum nõ accipit: quo=
modo ſubſiſtet ante faciem eorum? Vix enim cauſam in cõcla
ui poterit penſare ſacerdotalem/qui eos in conſiliis omnibꝰ ad=
mittere compellatur. Quid quod cogitur dãnare ſymoniã: mu=
nera & retributiones. Si ea ſequitur nonne ſeipſum propria vo=
ce condẽnat? Si in ſumma potentia minima licentia eſt. Profe
cto qui legibus preeſt/nulli ſubiicitur ſed ab illicitis artius coar=
tatur. Ergo & romano pontifici minimũ: eo ipõ quo plurimum
licet. Quid ponderoſiꝰ eſt ſollicitudine omniũ eccleſiarũ? Apo
ſtolicum priuilegiũ tranſit ad ſucceſſores: & plane pars priuile=
Ad corin.xij. gii eſt/quã Aplus ad corinthios loquitur. Quis (inquit) ĩfirma
tur & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur & ego non vror?
Si totum non vultis reuoluere: vel iſtud vendicet qui de prima
tu contendit:& vt puto cito faciet locum. Preterea qui romanꝰ
pontifex eſt eundẽ pro conditione eccleſie que nunc eſt: eſſe ſer=
uum ſeruorum neceſſe eſt: non equidem nũcupatiue ad gloriã:
vt quidam opinantur: ſed ſubſtantiue: vtpote qui ſeruis dei ſer=
uiet vel inuitus. Omnis enim perſona deo ſeruit/& diſpẽſatrix
eſt clementie/vel iuſtitie ſue. Seruit angelus: ſeruit homo: ſer=
uiunt boni: ſeruiunt mali:& ipſe princeps mundi dyabolus ſer=
uit. Ergo & romani ſeruiunt deo & tyranni/quibus romanũ ne
ceſſe eſt ſeruire põtificem: adeo quidem vt niſi ſeruierit/ aut ex

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pontificem/aut exromanū eſſe neceſſe ſit. Quis ergo eum ſer=
uum ſeruorū eſſe ambigit? Dominū adrianū cuiꝰ tēpora felicia
faciet deus/huius rei teſtem inuoco:quia romano pontifice ne=
mo miſerabilior eſt/conditione eius nulla miſerior eſt. Et licet
nihil a luto ledat/neceſſe ē vt citiſſime/ vel ſolo labore deficiat.
Fatetur enim ſe in ea ſede tantas miſerias īueniſſe:vt facta col
latione pñtium/tota precedens amaritudo/ iocunditas & vita
feliciſſima fuerit. Spinoſam dicit cathedram romani pōtificis:
mācū acutiſſimis vſqquaqꝫ conſertū aculeis/tanteqꝫ mol'/vt ro=
buſtiſſimos premat/terat/& cōminuat humeros. Coronā & fri
giū clara merito videri:quoniam ignea ſunt: ſeqꝫ nunq̄ a natali
ſolo anglie malle exiiſſe:aut in clauſtro beati ruſi ꝑpetuo latuiſ=
ſe dicit/q̄ tantas(niſi quia diuine diſpenſationi reluctari non au
det)intraſſe āguſtias. Dum ſupereſt ipm̄ interroga/ & crede ex
perto. Hoc etiā michi ſepiſſime adiecit/ ꝙ cū de gradu in gradū
a clauſtrali clerico/ per omnia officia in ſummū pontificē aſcen
derit/nihil vnq̄ felicitatis/aut trāquille quietis/vite priori adie=
ctum eſt ab aſcenſu. Et vt ꝟbis eius vtar:nihil enī cum pn̄s ſum
ſui gr̄a vult apud ſe eſſe abſconditū ab oculis meis. In incude(in
quit)& malleo ſemꝑ dilatauit me dn̄s. Sed nūc oneri qđ īfirmi=
tati mee impoſuit ſi placet ſupponat dexterā:qm̄ mihi importa
bile ē. Nōne ergo miſia digniſſimꝰ eſt: q ꝓ tāta pugnat miſia?
Sit ſane ditiſſimꝰ qui eligit:ſequēti die pauper erit/& infinitis
fere creditoribꝰ tenebitur obligatꝰ. Quid ergo erit ei quē nulla
vocat electio? Sꝫ repugnāte ī mēbris xp̄o/ābitio ceca & cruēta
non ſine ſanguine fraterno intruditur. Hoc quidem eſt romulo
ſuccedere in parricidiis/nō petro in cōmiſſi diſpēſatiōe ouilis.

Cōditiones romani pontificis.

¶ Epicureos nunq̄ aſſequi finem ſuum. Cap. XXIIII.

NIſi diſſimulet cōtentioſus/q̄ tn̄ diſſimulari ratio nō ꝑ=
mittit/ex ſupioribꝰ luce clariꝰ liquet epicureos nunq̄
aſſeq finē ſuū. Cū enī ad trāqllā aſpirēt vitā: & ad libi
dinē explendā ſe retrahāt:& philoſophent vl' potiꝰ de
ſipiant. Nemo enīꝫ qđ male libet pōt ſapiēter explere. Hec per
iſta babylonis fluēta/nullus aſſequit. Illos quoqꝫ epicureoꝝ no
mine cenſendos arbitror:qui ſuam volūt in oibus explere volu
ptatē. Nā cū res libidini ſeruiūt in voluptatē trāſit affectꝰ. Si af=
fectus affectui nō pareat/quo magis vis torq̄ris magis:ſi tn̄ libi
do ſit in volūtate. Alioquin interdum velle qđ non potes:iocun
dū eſt & fructuoſum/ ſi forte eſurias & ſitias iuſtitiam laborio=
ſum tamen. ¶ Mundus itaqꝫ epicureis plenus eſt/eo ꝙ in tāta



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN